Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ZA OH A

cor eorum in domino. Sibilabo
eis et congregabo eos. quia redi
mam eos. et multiplicabo eos. sicut ante
fuerant multiplicati. et seminabo
eos in populis. et de longe recordabun
tur mei. et uiuent cum filiis suis
et reuertentur. et reducam eos de ter
ra egypti. et de assiria congregabo
eos. et ad terram galaad. et libanum
adducam eos. et non inuenietur eis
locus. et transibunt in maris fre
to. et percutiet in mari fluctus. et con
fundentur omnia profunda fluminis
et humiliabitur superbia assiri. et sce
ptrum egypti recedet. et confortabo
eos in domino. et in nomine eius
ambulabunt dicit dominus.

Aperi XI
libane portas. et comedet
ignis cedros tuas. Vlula
abies. quia cecidit cedrus. quo
niam magnifice uastati sunt. Vlu
late quercus basan. quia succisus est
saltus munitus. Vox ululatus pas
torum quoniam uastata est magni
ficentia eorum. Vox rugitus leonum
quoniam uastata est superbia iorda
nis. Hec dicit dominus deus. pa
sce pecora occisionis. que qui posse
debant occiderunt. et non dolebant
et venumdabant ea dicentes. bene
dictus dominus. facti sumus diui
tes. et pastores eorum non parce
bant eis. Et ego non parcam ultra
super habitantes terram dicit dominus
Ecce ego tradam homines unum
quemque in manus proximi sui et
in manu regis sui. et conterent

terram et non eruam de manu
eorum. et pascam pecus occisio
nis. propter hoc o pauperes gregis
Et assumpsi duas uirgas mihi
vnam uocatam decorem. et alteram
uocatam funiculum. et pauit gregem
et succidi tres pastores in mense
uno. et contracta est anima mea
in eis. Siquidem et anima eorum
uariauit in me. Et dixi. non pas
cam uos. Quod moritur moria
tur. et quod succiditur succidatur.
et reliqui deuorent unusquisque car
nem proximi sui. Et tulit uirgam
meam quae uocabatur decus. et ab
scondi eam ut irritum facerem fe
dus meum quod pepigi cum omni
bus populis. et irritum deductum
est in die illa. Et cognouerunt sic pau
peres gregis qui custodiunt mi
hi. quia uerbum domini est. Et
dixi ad eos. Si bonum est in oculis
uestris auferte mercedem meam.
et si non quiescite. Et appenderunt
mercedem meam. xxx. argenteis.
Et dixit dominus ad me. Proice
illos ad statuarium decorum pul
cum quod appreciatus sum abeis
Et tulit. xxx. argenteos. et proiecit
illos in statuarium in domum dni
Et precidi uirgam meam secun
dam quae appellabatur funiculus ut dis
soluerem germanitatem inter iu
dam et israel. Et dixit dominus
ad me. Adhuc sume tibi uasa pas
toris stulti. quia ecce ego suscita
bo pastorem qui derelicta non uisi
tabit. dispersa non quaerit. et contum